EXTEMPORALIS GRATULATIO

PRONUNCIATA CORAM ILLUSTRISSIMO

D. D. FRANCISCO DE SOLIS FOLCH DE CARDONA ET GANTE

TRAJANOPOLITANO ARCHIEPISCOPO, AC HISPALENSIS ARCHIEPISCOPATUS CO-ADMINISTRATORE,

CUM

JESUITICUM IMMACULATÆ CONCEPTIONIS B. M. V. ET THEOLOGORUM SÆCULARIUM COLLEGIUM INVISERET,

A D. FRANCISCO DE VERA ET RIVERO EJUSDEM COLLEGA.

Die 2. Augusti anni Dñi. 1749.

Hispali : Apud D. Florentium Joseph de Blàs & Quesada, ejusdem Civit. Typograph. Maj.



INSCRIPTIO PRÆVIA.

Cùm fueris triplici redimitus tempora ſerto,
Non habet, ò Princeps, quarta Corona locum.
Non habet illa locum? pedibus ſubſterne: corona
Nulla mihi poterit gratior eſſe. *Vale*.

ERgo dies optata præest, quæ luce benigna,
Quæ jubare & Solis limina nostra replet!
Clara Domus fuerat, claros sortita Patronos;
Clarior at posthàc, Solis & instar erit.
Incolumis tanto quidni Domus ista Patrono?
Amens, in Solem qui jaculetur, erit.

CUM multorum mihi, nec ignobilium studiosa sint demandata munia, Princeps, Gentilitià juxtà claritudine, atque Ecclesiasticà Illustrissime Dignitate, cùmque mihi neutiquam ad dicendum facultatis tantum sit, quantum eximia tanti Principis virtus ab oratore suopte jure sibi vendicat, & adscribit; illud in primis vel in ipso panægyris exordio, quò faciliùs erroribus paretur venia, silentio minimè prætereundum esse duxi; me subitarium oppidò, sive extemporalem agere Oratorem; perspectum etenim exploratumque ferè habebatur, in mitiorem anni stationem vestrum, Illustrissime Princeps, ad ædes hasce proprias accessum esse protrahendum. Sed

Sed verò quæ tua eſt inſita benevolentia, & in Societatem JESU comitas ſingularis exoptatiſsimum adventum maturavit. Adſis ergo fauſtiſſimis auſpiciis Collegii hujus, Tutelare Numen, adſis tot iteratis deſideriis & votis expetite Præſul, quot ſingulorum ſunt corda, quæ Te certatim ambiunt receptare. Ubi namque tui acceſſus exoptatiſsimi præluxerunt nobis auguria, ſingulorum animi in generoſam erecti cupiditatem tantum Principem, ſi minùs pro dignitate, pro noſtrà certè obſervanti ratione excipiendi, in mutuas effuſi gratulationes, nihil non motare; haſce nimirùm ædes Hoſpiti apparaturi, atque patefacturi nobiliſſimo. Et jure quidem optimo; *eſt enim valde decorum* (Romani ſunt Oratoris verba) *patère domos hominum Illuſtrium Illuſtribus hoſpitibus.* Quis autem neſciat, Domum hanc, ſive Collegium Illuſtrium, imò verò Illuſtriſsimorum Hominum Domum eſſe? Illam Illuſtriſsimus erexit Gundiſalvus del Campo Limanus Archiepiſcopus, auxit Eminentiſsimus Auguſtinus de Spinola Hiſpalenſis Antiſtes, ditavit Illuſtriſsimus Ambroſius de Spinola & Guzman Antiſtes itidem Hiſpalenſis, ejus denique magnificum perfecit Templum Eminentiſsimus Emmanuel Arias: nomina profectò per ſe ſe ſatis commendabilia, nobiſque propè religionem inſpirantia.

Qua-

Quarè vel etiam aliorum, quæ multa quidem ſunt, non habita ratione, eo ſolo nomine, quod Illuſtrium Hominum Domus ſit, decorum valdè eſt, Hoſpiti Illuſtriſsimo perpatere. Sed eò potiſsimùm Collegium hoc patere Tibi decorum eſt, quòd Te Præſul præſtantiſsime Patronum ſimùl cum Sereniſsimo Principe LUDOVICO DE BORBON lubens agnoſcit Honorarium. Talem etenim Collegium hoc ſingularem gloriam Illuſtriſsimo ſuo Ambroſio de Spinola & Guzman refert acceptam Benefactori, qui Patronos illi comparavit honorarios quotquot Hiſpalenſem Sedem Antiſtites obtinerent.

Et ſanè, cùm diſſertiſsimi Martialis effatum ſit, *Principis eſt virtus maxima noſſe ſuos*; Domùs hujus, ſive Collegii potiori titulo virtus erit, & gloria viciſsim maxima noſſe Suum, Suum profectò Principem; Suum Patronum, Suum columen, & ornamentum ſingulare.

Neque verò Collegii duntaxat hujus, verùm univerſæ Societatis JESU, Antiſtes meritiſsime Te columen & Præſidium nuncupabo validiſsimum, cum ejuſdem Tibi tutela, ſic Superis placuit, commiſſa ſit, & demandata. Quod ut ne proprii cerebri commentum habeatur, vel ex ipſo nomine liceat omen aucupari.

JE-

JESUS Cor Solis; medio nam Sole refulget,
JESUS & noſtræ teſſera Militiæ:
Ergo Tibi in medio reſidet, Sol optime, corde
(Omen adeſt) noſtræ teſſera Militiæ.

Quòd ſi necdùm ætatis annos attigiſti, quos in Principe Suorum ſalutem aſſerturo requirebat Xenophon, ſi necdùm ſemitam vergentis in ſenium maturitatis es ingreſſus, quod in ſupremo Gubernatore expetebat Plato; at eòdem jam diù, naturæ nempè genio ætatis tempora prævertente, pertigiſti. Nempè ſanguinis præſtantia, neſcio quid vividæ virtutis habet ad avitas dotes in poſteros derivandas. Notiſsimæ ſunt Europæ ferè univerſæ Tuorum perilluſtrium Progenitorum ſublimes animi dotes, quæ immortalem Tibi gloriam peperere. Notiſsimæ præcipuè atavi Domini Joſephi de Solis Valderravano, Pacheco & Giron Comitis de Montellano, quem hæc Civitas ſortita eſt ſuum integerrimum, ſupremumque Prætorem. Te Atavo perſimilem Civitas eadem, imò tota Diœceſis iſta ſortita eſt Antiſtitem clariſsimum, vigilantiſsimum, beneficentiſsimum.

Habes etenim, habes commune hoc cum illo Planetarum Rege, cujus nomen refers, ut quid-

quidquid lustres, illustres, Solis instar singulis benefaciens. Nos itaque sub eadem allegoria mutuam decet nubium æmulari gratitudinem, quæ eodem, quem à Sole mutuatæ sunt splendore, plures in se Solis imagines efformant. Ergo sub tanti Principis honorificentissimo tutamine, quo gloriamur insigniti, cujus Solis Stellæ simus, & cui Luminari maximo lucem debeamus, ostendemus.

PROGRAMMA.

SOLIS CARDONA.

ANAGRAMMA.

AN SOLI DAS COR?

EPI-

EPIGRAMMA.

An cor das Soli? Rogitas. Dare nempè nequimus;
Nam tibi jam dedimus, nec fuit ante duplex.

SI pudiera dos veces presentarse
Un mismo corazon, fuera doblado;
Que la repeticion debe evitarse
Para que el Dòn aqui sea estimado:
Asi una sola vez pudo arrojarse
El mio à vuestros pies, ò gran Prelado:
Con que ya vos, Señor, no pregunteis,
Si el corazon os doy? Vos le teneis.

QUanto puedo, os presento en lo que he dado;
Si Vos lo recebìs, yo me enriquesco,
Y essa serà la dicha de mi hado
Y no premio, que yo por mi meresco:
Por mi Colegio, obsequio apresurado
En breves horas reverente ofresco:
A las luces del Sol bien parecido
Serà, Señor, si à Vos lo huviere sido.

El

EL honor de un eſtudio tan laudable,
Como el de vueſtro elogio à mi me toca
Por preſente, y à todos envidiable
Serà el oficio de mi pluma, y boca:
Ni me podrà la muerte inevitable,
Al deſpender mi Alma de ſu roca,
Robar la gloria de tan noble empleo,
Que ſiguiendo me irà haſta el Lethèo.

BEber al Sol ſus rayos uno à uno
Fuera temeridad infructuoſa
De quien con un afàn tan importuno
Intentaſſe apurar ſu luz hermoſa:
Igual temeridad ſerà ſi alguno
Orgulloſo ceñir tus glorias oſſa,
Porque circunſcribir lo que es immenſo,
Aun no cede al empeño mas intenſo.

YO por eſſo refreno el penſamiento
Que de vueſtras grandezas hacer ſuma
Meditaba, ſin vèr el eſcarmiento
De quien beber ſu luz al Sol preſuma:
Grande de Eſpaña os llamarè *Ornamento*
Mayor que toda voz, y toda pluma;
Vivid, pues, en las voces de la Fama,
No ſatisfecha, aun quando mas te aclama.

D I X I.